


Gospel for the Fifteenth Sunday After Pentecost

Tonus evangélii

D


Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Lucam. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

I

-n illo témpore: Ibat Jesus in civi-tátem, quæ vocátur Na-im: et




ibant cum e-o discípu-li ejus, et turba copi-ósa. Cum autem appropin-




quáret portæ civi-tá-tis, ecce, defúnctus efferebátur fí-li-us únicus matris




su-æ: et hæc vídu-a erat: et turba civi-tá-tis multa cum il-la. Quam cum




vidísset Dóminus, misericórdi-a motus super e-am, dixit illi: No-li fle-re.




Et accéssit, et té-tigit lóculum. (Hi autem, qui portábant, steté-runt). Et



a-it: Aduléscens, tibi dico, surge. Et resédit qui erat mórtu-us, et cœpit



loqui. Et dedit illum matri su-æ. Accépit autem omnes timor: et magni-



ficábant De-um, dicéntes: Qui-a prophéta magnus surréxit in nobis: et



qui-a De-us vi-si-tá-vit plebem su-am.